Ordinis Carmelitarum Prouinciæ Apuliæ.

5

Eme, & Rme Dne. EX congeftis in noftro contemporaneo Reftrictu diftributo prò PP. Vocalibus Prouinciæ Apuliæ fatis in lucem ædita funt ea, quæ peregit Reuerendiffimus P. Generalis Pizzolanti dum anhelabat toto pectore electionem P. Io: Mariæ de Laurentijs in Prouincialem; Is enim cum graui contemptu S. Sedis Apoftolicæ non trepidauit eludere Summi Pontificis decretum, & inhibitionem, quinimmò implorato laicalis poteftatis præfidio perterruit Vocales, eorumque fuffragia, ac minis adhibitis læfit effentialem eligentium voluntatem, eorumque maiorem partem coegit ad dictam electionem P. de Laurentijs palam diffamati, & notoriè indigni; Is itaque non omifit odium fuum expromere aduersùs illos honeftiffimos Religiofos, qui in turbolento cætu prouinciali noluerunt fimoniacè captari, & ad improbum facinus abire; Exemplar fanè defumi opus eft in præfenti à R. P. Magiftro Pagano, qui cum noluerit fuffragari ad fauorem P. de Laurentijs, vt refultat ex *præfenti Summ. num.* 1. remanfit obindè ab ira P. Generalis excommunicatus *Summ. num.* 2.

Vt verò methodicè procedamus breuiter in facto opus eft recenfere, quod in quadragefima effluxi anni 1724. dum facris Concionibus incumbebat P. Magifter Paganus in Cathedrali Ecclefia Trani toto plaudente Clero, & Ciuitate, ex abrupto, & non fine vniuerfali fcandalo fuerunt eidem præfentatæ pænales obedientiæ literæ P. Generalis ex quibus remotio P. Magiftri Pagani à Conuentu Trani eiufdemque receptio ad Anconam decernebatur; *Summ. num.* 2. Hinc proindè commota eft Ciuitas, & ne in quadragefimali curfu priuata foret de Sacra prædicatione in detrimentum animarum omnem lapidem admouit, vt P. Paganus ad S. Sedem appellaret, fuumque profequeretur Apoftolicum exercitium. Preffus hoc pacto Principalis nofter, coæuè ad propriam confcientiam ex cuius examine innocens indicabatur, & dumtaxat è liuore particulari Reuerendiffimi P. Generalis exagitatus inficiabatur antequam obedientiam præftaret præfatis literis pænalibus fanum putauit recurrere ad hanc Sac. Congregationem, vt P. Generalis exprimeret motiuum pænæ contra eumdem fulminatæ, feu potius euomeret vindictam tranfuerfalem nimis abfconditu difficilem, vt ex fe ipfa non reuelaretur; Placuit hinc EE. PP. fupplici libello à Principali humiliter porrecto refcribere = *Audiatur Procurator Generalis* = & cum hoc refcripto caufa deuoluta ad hanc Sac. Congregationem ligatæ obindè remanferunt manus P. Generalis, de tempore quo

eam

eam exagitare nequiuimus, vtpotè quia S.Sedes vacabat,& EE.PP. in Conclaui degebant; Licèt verò P. Generalis habuisset copiam nostri supplicis libelli, & præfati rescripti eidem communicati à P. Procuratore Generali, nihilominus quò magis temerè ausus fuerat eludere decretum, & inhibitionem papalem; circà conspiratam electionem Prouincialis, eo minùs putauit spernere auctoritatem EE. PP., ac pendentiam Causæ in hac Sac. Congregatione, nilque sic dubitauit idem P. Generalis in odium recursus ad eam habiti proprio marte procedere ad publicam Cedulonum affixionem contra Principalem in Ciuitate Trani vbi Sacram peregerat prædicationem *Summ. d. n.*2.

Quam fuerit scandalosa huiusmodi imprudentissima violentia per vicos, & plateas Ciuitatis Trani facilè percipient EE.PP,, & satis est vt dicamus, quod ille Apostolicus Concionator qui paulò ante curas Animarum verterat ad pietatem ex post digito demonstrabatur tanquam publicè pro excommunicato denunciatus; Id verò in sorte prospera excepit Principalis noster, vt primarij Ecclesiastici, & Ciues insimul animum eximere studuerunt ab omni praua opinione quam concipere datum erat ex cedulonibus ab iis relectatis, & prò iniustissimis reputatis, quemadmodum pietas, religio, integritas, & honestas Principalis nostri testabantur iniustitiam, ac perlustrabant mores quibus eum eleganter præcellere notum erat, vt *in Summ. num.*3.

Verum si mirabantur Ciues de iniustitia P. Generalis, quid dicendum de nostro Principali, qui sub vmbra alarum Iudicis, & sub auctoritate Sac. huius Congregationis violatus remanserat? Sanè religiosa patientia præmunitus non doluit; doleret si nesciuisset, quod omnes ij, qui ad improbum opus electionis Prouincialis non coniurauerant, vel depressi extiterant, vel sacrificati; Hinc renouato recursu ad EE. PP. alterum emanauit rescriptum = *Audiatur Procurator Generalis* = qui ingenuè retulit, quod communicato. altero supplici libello Patri Generali quidquam vlterius gestum fuisse significauit, & quod in hoc rerum statu *memorati P. Generalis*, ibi = *Intersit causas, seù fundamenta quibus tum ad remotionem Oratoris à Conuentu Trani,& collocationem in Conuentu Anconitano Prouinciæ Romandiolæ, tum demum ad affixionem Cedulonum contra ipsum Oratorem processit exponere* = *Summ. n.* 4.

Quo circà exquisita relatione P. Generalis tandem non desijt ipse emendicare fundamenta à quadam fraude salis in Conuentu Trani patrata, quam impingere studuit in personam nostri Principalis duplicis culpæ rei vocati; *Primò quià conuenerit cum aliis in furtiuam receptionem salis; secundò quia post repositam portionem suam comparatis ex lucro indè facto vestibus filiæ Fratris, factum, & socios reuelauerit* = latiùs *in Summ. n.*5.; Quamuis autem exulent à veritate superiùs exposita à Patre Generali, & illicò potuisset Principalis,

lis, & egregiè redarguere præuiis documentis oppositum in radice demonstrantibus, attamen commissa causa Eminentissimo D. meo Ponenti, destinataque istius propositione vna simul cum altera super nullitate Capituli Prouincialis contemporaneè distributa, interim ne P. Magister Principalis incertum haberet domicilium placuit EE. VV. sub die 21. Iulii effluxi rescribere = *Pro absolutione ad quatuor menses, & se recipiat in Conuentu Trani* =.

Cum verò præmaximè agitaretur P. Generalis ab hoc rescripto ob præpeditam vindictam contra Principalem nostrum designatam, statim prosequendo rubricam retentam in electione Prouincialis recursum habuit ad potestatem laicam, vt intercluderet executionem præfati rescripti, & præuio tractatu molito ab Aduocato de Laurentijs ger. fratre præconcepti Prouincialis de Laurentijs intimari curauit dicto Magistro Pagano Principali præceptum de non vtendo rescripto Sac. huius Congregationis nisi priùs regium impetrasset exequatur *Summ. n.5.* Quanti laboris euaserit huiusmodi impetratio de facili opinari poterunt EE. PP. qui aspectum machinationum commissarum circà facinus Capituli Prouincialis in hoc themate collimabunt; Indè ad nostram methodum redeundo, cum hodiè merita Causæ contingat discutere, certò credimus ex ipsa facti serie superiùs exposita rem in claris vltrò citroque adesse pro R. Magistro nostro Principali pro quo fauorabilem resolutionem certa spe ab inalterabili iustitia EE. PP. expectamus.

Pæna siquidem, quæ à suis primordiis inseparabilis semper fuit à culpa, semperque suos tantum tenuit authores, vt ait *Modestinus Iurisconsultus in l. legis virtus ff. de legibus*, in hodierna controuersia propriam commutauit naturam, dum nullo præcedente delicto dignoscitur inflicta, nulloque associata crimine in innocentem triumphat; Vtque propositio non videatur sapere paradoxum, satis est, vt combinemus relationem P. Generalis cum documentis ex parte nostra exhibitis; In ea enim fatetur P. Generalis fraudem salis patratam in Conuentu Trani, & exinde reum istius fraudis de proprio capite vocat dumtaxat Principalem nostrum, quandò ipse nullam habuit partem in dicta fraude, *Summ. num.7.*, & quatenus per hypothesim supponendum foret, quod habuisset certò certiùs debebat subire sortem aliorum, & signanter illam Patris Prioris, qui tenetur ad omnia ea, quæ contingunt in Conuentu eius curæ commisso; & tamen reus fraudis vocatur solummodò Principalis noster, contra ipsum tota pæna expeditur, & de alijs nulla mentio renouatur;

En quod dilucidè monstrat P. Generalis non operari secundum iustitiam, sed ad dictamen proprij particularis liuoris; Calumniatur, enim P. Magister Paganus de impicta fraude, non quià partem vllam in dicto crimine pollet, sed quià non dedit votum in Capitulo Prouinciali Apuliæ ad fauorem P. de Laurentijs; Quodque

res

res ità se habeat satis est, vt EE. PP. per legere dignentur ea quæ deduximus *in dicto nostro Summario num.* 7. Ibidem enim excluditur quælibet suspicio patratæ fraudis ex persona P. Pagani Principalis, & quidem ex Testimonio ipsiusmet Commissarij Generalis, seù exactoris vectigalium Apuliæ citati in sua relatione à P. Generali, & ab alijs de facto proprio deponentibus super contractu salis stipulato cum P. Carcano, & P. Eliseo Quaranta, *Summ. num.* 8. Firmatur quod dicta fraus commissa fuerit ab istis Religiosis affectis eidem P. Generali; & concluditur quod non solùm noster Principalis innocentissimus adest in dicta fraude, verùm etiam quod ipse ad præseruandum decorem aliorum, qui fraudem commiserant multa peregit summo zelo, & labore apud Præsidem Prouinciæ, *Summario dicto num.* 7. *litt. A.* & tandem euertitur mendicatum motiuum enunciatum in cedulonibus quod Principalis extrà Claustra vagatus fuerit, cum se dumtaxàt receperit in domo patris sui ad effectum exequendi literas pœnales, vt in *dicto nostro Summ. num.* 9.

Ex his oritur Ius certum fauore Principalis ad petendam nullitatem censurarum nam cum dictæ pœnæ grauissimæ reputentur, vt ait *Monacell. in formular. Eccles. tom.* 3. *fol.* 19. *num.* 99. *circa finem*, & pœna suspensionis sinè causa, & culpa infligi non possit ad *Text. in leg. culpa* 37. *ff. de reg. Iur. Auila de censuris par.* 3. *disput. prima vers. dicitur ob culpam Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 50. *n.* 34. *& seqq.* Et suspensio irroget infamiam, ac reddat suspensum indignum, & incapacem, vt ait *Text. in cap. dilectus vers. quia nobis de consuetud. vbi gloss. verbo cessauimus, & omnes Canonistæ in cap. per inquisitionem de elect.* Sanè similes pœnæ grauissimum requirunt delictum, nec sufficit ad illas sustinendas læuis culpa, vt prosequitur *Monacell. citat. tom.* 3. §. 8. *num.* 9. *in fin. pag.* 19. ea potissimè ratione, ne alias pœna maior delicto videatur, & commissi criminis limites excedat ad *Text. in leg. præscriptum ff. de his quibus vt indign. leg. sancimus Cod. de pœnis, Menoch. de arbitrar. libr. primo quæst.* 90. *num.* 38. cum alijs relatis per *Panimoll. decis.* 86. *num. primo, & sequentibus*.

In hypothesi tantum abest, quod concurrat causa, vel culpa, vt potiùs plausu, & laudibus Principalis noster præcellat; Ipse enim de tempore quo P. Generalis effinxerat agitationem fraudis patratæ in Conuentu Trani, incumbebat Sac. prædicationi pro seruitio Ciuitatis per quam summoperè acclamabatur, & ad sidera laudibus, & plausu ferebatur, vt liquet perspicuè ex *nostro Summario dicto num.* 3. Et ex alijs documentis exaratis à PP. Ordinis Prædicatorum, à Carmelitis Excalceatis, à Minoribus Conuentualibus, & ab alijs datis originalitèr in manibus Eminentissimi Ponentis; Ipse quoque occasione perquisitæ fraudis zelum laboremque suum adhibuit, & insudauit ad decus Ordinis, vt deposuit ipsemet Regius

gius Minister, qui fraudem perquisiuerat, *dicto Summario num.* 7. Ipse tandem licet actuali Apostolicæ prædicationi reperiretur, nihilominùs postposito quocumque decoris proprij interesse, illicò visis litteris pœnalibus obedientiæ per Conuentum Anconæ vltrò 300. milliaria distantem ab eius Prouincia nil vltra quæsiuit seq. promptum sollicitumque demonstrauit, *Summario num.* 10. summa cum admiratione totius Cleri, & Ciuitatis, à quibus præpedita fuit obedientiæ patefacta sollicitudo etiam per resolutiones Magistratus videndas in *nostro Summ. num.* 11.

Nec exindè morosus fuit ad prosequenda mandata Patris Generalis etiam te tempore quo agnoscebat eadem esse attentata in spretum huius S. Congregationis; Etenim emanauerat vsque sub die 18. Februarij prælapsi anni Rescriptū illud = *Audiatur Procurator Generalis* = & cum iste copiam libelli Reuerendissimo Generali communicauerit, certò certiùs donec, & quousque relationem non dedisset idem P. Generalis huic Sac. Congregationi, nequibat proprio ma te, & priuato imperio transcendere fines per Sac. Congregationem interpositos, & deuenire ad scandalosam cedulonum affixionem; & nihilò tamèn minus Principalis noster prosequendo sempe promptam, & paratam obedientiam repetendo dumtaxàt appellationem interpositam ad Sanctam Sedem, & pendentiam Causæ in hac Sacra Congregatione, vbi iam producta fuerant documenta indigitantia iniustitiam P. Generalis, constituit Priorem delegatum ab eodem P. Generali in dolo, & lata culpa subdens, ibi = *facendoli per vltimo sentire, ch'esso Padre Maestro Pagano è pur pronto di partire per dar chiaro à conoscere quanto hà positiua volontà di farla sempre da Religioso* = latiùs Summ. num. 10.

Quemadmodùm verò à primordijs dictus Magister Paganus significauerat P. Priori exactissimam obedientiam mandatis Reuerendissimi Generalis, dummodò subministrasset eidem expensas adeò longi, & incomodi itineris, ac residuum vestiarij sibi debitum, ibi = *è pronto à partire per la volta di d. Città d'Ancona, tenendo pronto il Calesse vi richiede per poter partire in questo punto, il residuo del Vestiario di state douuto, e delle spese prò itinere, costituendoui nella mora, dolo, e lata colpa non pagandosi le dette somme &c.* = *Summ. num.* 12. Ita quidem tota mora, dolus, & lata culpa à se ipso abdicata refunditur in dictum Patrem Priorem à quo neutiquam fuerunt subministratæ expensæ pro itinere, minusque vestiarium, quod Principali debebatur; quo casu cessat quæcumque amaritudo, quæ posset forsan oriri ex capite inobedientiæ, quæ nullatenus adest in hypothesi.

In tanta rerum complicantia, excepto fomento proprij, & particularis liuoris deriuantis à luctuoso discrimine Capituli Prouincialis, nullum adest motiuum, quo P. Generalis fundare queat opera sua

de

de nimis aperta iniustitia redolentia; nam familiaria sunt Iura nostra in materia pœnali quod quælibet causa nedum iusta, sed etiàm minus rationabilis ad pœnæ incursum euitandum admittatur per ea, quæ ponderat *Menoch. consil.*460.*num.*4., *Rot.coram Priolo decis.*187.*num.*2.*coram Cerro decis.*112.*num.*25. *& in Romana Caducitatis* 23. *Ianuarij* 1702. §. *Vel saltem coram bon.mem. dell'Olmo*; Immò etiamsi omnia superius recensita non forent nimis clara, sed ponerent rem in ancipiti, & quoad executionem literarum pœnalium obedientiæ rem dubiam constituerent, adhuc dicta dubitatio iustam præberet causam ad effectum excusandi P.Magistrum Principalem à pœna censurarum, vt obseruat *Gratian.discept.*72.*n.*45. & prosequitur *Rot.coram Priolo dec.*187.*num.*3.*& seqq.& coram Emerix Iun.dec.*722.*num.*6.

Quid verò dicendum in casu quo nulla pœnitus rationabilitas inflictæ pœnæ dignoscitur? quid in hypothesi ista in qua pendebat controuersia in hac Sac. Congregatione à qua emanauerat rescriptum quod per ea foret omnimodè deuoluta ad EE.PP.? Sanè excusari nequit attentatum P. Generalis, cui datum non erat priuato impeprio, non audita Parte, non informata Sacra Congregatione, prout demandatum fuerat per præcitatum rescriptum ad suspensionem, & inflictionem pœnæ deuenire ad firmata per *Monacell. in formul. for.Eccles.* §.8. *num.*95. *fol.*19. *tom.*3., *Nauar. oper. moral. cap.*27.*n.*155. Fortius quia P.Generalis nullam prorsùs habuit iustificationem contrà P. Magistrum Principalem; Ipse enim in sua relatione fatetur facti veritatem inuenisse ex testimonio oretenus habito ab eius Socio, qui per id tempus Tranum pertransierat; quandò nunc totum oppositum ab eodem Socio præscimus, vt ab hac Sacra Congregatione vocatus ipse quoque testabitur; & tamen obuia sunt Iura nostra quod pœna licet imposita ipso iure, vel ipso facto, vt tamen possit infligi, debet præcedere ad eam declaratoria facti super quo Ius disponit, & debet esse cum magna Causæ cognitione ac parte citata, & monità ad notat. per *Caballin. resolut. crimin. cas.*133., *Guazzin. deffens.*33.*cap.*1.*per tot*, *Gratian. discept.forens.*809.*n.*13., *Magon.decis.Florent.dec.*16.*n.*10.*& seqq.*, *Rot.in Rec.dec.*266.*n.*16.*part.*11.

Intolerabilitas tandem redditur in immensum iniustitia, & irrationabilis suspensionis eo ipso quo P. Generalis impingendo delictum contrà Principalem fassus fuit, ibi = *quod conuenerit cum aliis in furtiuam receptionem salis &c.* = Isti alij quinam fuerunt, vt in pœnam non inciderint? quomodò se potuerunt eximere à censura P.Generalis? Dicat, dicat quæsò P.Generalis cur impunes abierint? Sanè de per se profluit nimis clara responsio; Illi *alii* sectatores fuerunt magni facinoris Capituli Prouincialis, vbi vilipensum remansit decretum sán.mem.Innoc.XIII. Hic autem Principalis ex

illis